

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Vita humana praesens ak
cum fonte primo

Hoc unum discas uitam contempnere.

Nemo illam bene rexit nisi qui
contempserat.

Nulli potest secura uita contingere qui de
producenda nimis cogitat.

Seneca ibidem (in epistola).

Hoc tamen habent in se pessimum:
dulcedinem quantum sui faciunt et
animum specie subtilitatis inductum
tenent ac morantur, cum tanta rerum
moles vocet, cum vix tota vita sufficiat
ut

hoc unum discas, uitam contempnere.

‘Quid regere?’ inquis.

Secundum opus est; nam

nemo illam bene rexit nisi qui
contempserat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 111, 5 (L. Reynolds
ed., vol.2, pp.471-2, ll.26, 1-5).

Nulli potest secura uita contingere qui de
producenda nimis cogitat,

qui inter magna bona multos consules
numerat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 4, 4 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.6, ll.13-15).